



I.

R V S S I A E T O P O G R A P H I C A  
descriptio , è probatissimis autho-  
ribus compendio deponita.

**R**VSSIA , quæ & Muscovia à metropolios nomine vulgo dicitur , fines habet ad arctum Lappiam , & oceanum septentrionalem ; ad orientem Tartaros Nagaios ; ad meridiem Tartariam Crimeaam sive Perecopensem ; ad occidentem denique Poloniām , Lithuaniam , Livoniām , Sueciam . Quemadmodum jam uni Principi paret , continet provincias hasce : Volodemeriam , Moscoviam , Nisnovogrodiam , Pleskoviam , Smolensko , Novogrodiam Velicam , Rosloviam , Yaruflaviam , Bealezeram , Rezam , Dvvinam , Corgapoliam , Meshoram , Vagham , Vstugam , Galetsam . Quibus superiori seculo Principes Russiæ armis acquisitas adjunxerunt Tiverram , Yonghoriam , Permiam , Vadskam , Boughoriam , Chernigo , Oudoriam , Condoram , & magnam Siberię partem ; cujas incolæ licet non sint Russi , tamen

A ; parent

les Russiæ Duci pro tributo ferunt. Nullæ hic urbes aut arces, ac ne pagi quidem.

*Lucomoria Regio.*

**A**ec Regio longo tractu juxta mare septentrionale protenditur. Incolæ passim in sylvis & campis degunt. Huic regioni confines sunt; Grustintzi & Serponovvtzi, à castro Grustina ad lacum Kitaysko suo ita ditti. Ab hoc lacu homines nigri, communis idiomatis ignari, ad Grustinam arcem solent accedere, varias merces deferentes, præcipue uniones, gemmasque varias, quas Grustintzi ab ipsis permutatione mercatur. Omnes autem Lucomoriæ incolæ magno Duci sunt vestigales. Ex Lucomoriæ montibus Coßin fluvius oritur, qui in magnum fluvium Tachuim descendit.

*Loppiæ Regio.*

**A** Lucomoria ultra tendendo secundū mare glaciale Loppi populi agunt, barbarum & brutum hominum genus, qui incertis sedibus vagantur, piscibus & ferina viuitates, & panis usum omnino ignorantes. Idiomæ proprium habent, & Russiæ Duci tributum pendere dicuntur. Regio illorum frigidissima est.

*Ceremissi populi.*

**C**eremissi, Mordovotes, & Vachines, inter Viatkam & Vologdam provincias, vastas sylvas sine certis latibus